

LECTORI BENEVOLO,

*De anterioribus huius Operis editionibus,
deq[ue] hac nostra nunc prodeunte,*

A D M O N I T I O.

VONIAM Pios IV. intendixerat, ne cui, prout liberet, laicis favore Occumenici Tridentini Concilij decreta licet exponere, priuataque auctoritate interpretari: sed si cui dubium aliquid apparet, ad Sedem Apostolicam accederet: quæ per Illustrissimos Cardinales, in eam rem delegatos, id resolueret atque enodaret: Declarationes ciusmodi Cardinalium, difficultatum Concilij Interpretum, rogari, obseruari, atque in veneratione haberi cœperunt. Manuscrip-
tæ, ut rara κεφαλαια, paucorum manibus cere-
bantur, donec in Germania, Galliis, Hispaniis, ac demum in Belgica typis vulgatae, at-
que ex eruditorum virorum censura, Regum etiam Principumque privilegiis dona-
tæ, publici iuris factæ, in oculos, manusque passim omnium deuenerunt. Putauerunt Typographi benè se atque ex publica re fa-



I N D E X

DECRETORVM

CONCILII TRIDENT.

SESSIO I.

D*E*inobando Concilio.

SESSIO II.

De modo vivendi, & aliis in Con-
cilio seruandis.

SESSIO III.

De symbolo fidei.

SESSIO IV.

De Canoniciis scripturis.

De editione & usu sacrorum libro-
rum.

SESSIO V.

De peccato originali.

De reformatione.

SESSIO VI.

De iustificatione.

De reformatione.

SESSIO VII.

De sacramentis in genere.

De Baptismo.

De Confirmatione.

De reformatione.

SESSIO VIII.

De translatione Concilij.

SESSIO IX.

De prorogatione sessionis.

SESSIO X.

De prorogatione sessionis.

SESSIO XL.

1 *De resumendo Concilio.* 110

SESSIO XII.

2 *De prorogatione sessionis.* ibid.

SESSIO XIII.

3 *De sanctissimo Eucharistia sacra-*
mento. 122

4 *De reformatione.* 133

5 *De prorogatione definitionis qua-*
smot articulorum de sacramento
Eucharistia, & salvi conductus
Protestantibus dandi. 141

SESSIO XIV.

6 *De sanctissimis Poenitentia & extre-*
ma Unctionis Sacramentis. 143
& 159.

7 *De reformatione.* 167

SESSIO XV.

8 *De prorogatione sessionis.* 187

SESSIO XVI.

9 *De suspensione Concilij.* 191

SESSIO XVII.

10 *De celebrando Concilio.* 196

SESSIO XVIII.

11 *De librorum selectione, & omnibus ad*
Concilium fidei publica inuitan-
datis. 197

SESSIO XIX.

12 *De prorogatione sessionis.* 201
SES-

SACROSANCTI
OE CVMENICI
ET GENERALIS
CONCILII
TRIDENTINI
SESSIO PRIMA.

SVB PAVLO III. PONT. MAX.

Celebrata die 13. mensis Decemb. Anno Do. 1545.

Decretum apud sessionem de inchoando Concilio.



LACETNE vobis , ad laudem & gloriam sancte & indiuiduæ Trinitatis , Patris , & Filij , & Spiritus sancti , ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ , ad extirpationem heretorum , ad pacem & unitatem Ecclesiæ , ad reformationem Cleri & populi Christiani , ad depressionem & extinctionem hostium Christiani nominis , decernere & declarare sacrum Tridentinum , & generale Concilium incipere , & incepturn esse ? Responderunt , PLACET .

Indictio futura Sessionis.

Et cum proxima sit celebritas Natiuitatis Domini nostri IESU CHRISTI , & subsequantur aliæ festivitates labentis & incipientis anni ; placeatne vobis primam futuram Sessionem habendam esse die Iouis post Epiphaniam , quæ erit septima mensis Ianuar. Anno Dom. 1546. Responderunt , PLACET .

A

REMIT-

I N D E X

L I B R O R V M

P R O H I B I T O R V M ,

Ex Conc. Trident. præscripto,

A U C T O R I T A T E

P I I Q V A R T I

P R I M V M E D I T V S .

P O S T E A V E R O A S I X T O V . A V C T V S .

D e m ù m C l e m e n t i s V I I I . i n f u r e c o n g u i t u s .

A d d i t i s r e g u l i s , a c e x e q u e c o d æ p r o h i b i t o n i s r a t i o n e .

C L E M E N S
P A P A V I I I .

A d p e r p e t u a m r e i m e m o r i a m .

S A C R O S A N C T V M Catholicæ fidei depositum , sine quo Deo placere , aut æternam salutem consequi nemini licet , ut saluum in Ecclesia Dei perpetuò conseruaretur , posterisque in uiolatum traduceretur . pastoralis Romanorum Pontificum vigilantia , summo semper studio , & contentione laborauit . Ipsi enim à Christo Domino , huius tam pretiosi depositi auctore , & illud fideliter custodiendi , & bonum semen patris familiæ , ab inimici hominis zizaniis discernendi , & Ecclesiam salutari doctrina ædificandi , præcipuam curam , summamque potestatem , in beatissimo Petro Apostolorum Principe accepertunt . Quocirca sanctæ memoriæ Gelasius primus , & Gregorius I X . aliquique complures Romani Pontifices , prædecessores nostri , zelo zelati pro domo Domini exercituom , ut hanc fidei Catholicæ , doctrinæque integritatem , saluam , incorruptamque in Ecclesia Dei retinerent , Apostolici animi magnitudine , pro muro domus Israël ,